



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Directorivm Inqvisorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum**

**Nicolaus <Eymericus>**

**Venetiis, 1607**

Quaestio 33. De haereticis tum manifestis, tum secretis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13589**

QVAESTIO XXXIII.

De Hæreticis tum manifestis, tum secretis.

S Y M M A R I U M.

- 1. Manifesti hæretici quomodo dicantur.
- 2. Et qui secreti.

**T**Rigefimateria quasi. est. Hæretici manifesti, & secreti, qui, & quot modis dicendi sunt?

**R.** Ad hanc respondemus, quod istam quaest. proposuerunt canonici, seu capit. sedis Eccl. Tholof. domino Innoc. Papæ III. quib. respondet per hæc verba, vt patet extra de verb. sign. lib. 5. cap. super quibusdam. vbi sic dicitur: Super quibusdam mandatorum articulis: Et infra: Tua deuotio postulauit à nobis, quod sint dicendi hæret. manifesti. Super quo tibi diximus respondendum, illos intelligendos esse manifestos hæret. qui contra fidem catholicam publicè prædicat, aut profiterentur, seu defendunt eorum errorem, vel qui coram prælatis suis conuicti sunt, uel confessi, uel ab eis sententia literè cõdemnati super hæretica prauitate.

† Dicitio, eorum, deest in antiquis edicibus Gregorianis.

2. Hæretici vero secreti per oppositum dicendi sunt, qui eorum, quæ sunt fidei, habent errorem in mente, & pponit habere pertinaciã in voluntate: sed tamen verbo, vel factò exterius nõ ostendunt.

COMMENT. LVIII.

**H**æretici manifesti. De hæretic. manifestis agunt Hæret. Zabari. Panorm. Anto. de Burtio, & cõter Canonista in c. super quibusdam. extra de verb. sign. Bernar. Lutzbur. in catalogo hæret. lib. 1. c. 12. Reper. Inquisit. verbo: hæreticus. Si quis dicatur hæreticus manifestus, et copiose Arnaldus Albertinus tract. de agnos. asser. q. 29. Locatus in opere iudiciali verbo: hæreticus. nu. 24. & alij.

De hæret. manifestis, qui differantur.

Nec indiget longa disputatione tractatio hæc de manifestis hæret. qui scilicet manifesti dicantur, cõ Roman. Pontifex id aperte definierit in d. c. super quibusdam. de verb. sign. quod adducit hic Emeric. Et summa est, quinque, vel sex modis dici posse aliquem hæreticum manifestum.

**P**rimo, si intelligitur manifestus hæret. qui contra fidem catholicam publicè prædicat, quod potest contingere multis modis, vt docet Albertin. tract. de agnoscent. asser. quasi. 29. num. 8. & seq. Secundo, hæreticus manifestus accipitur ille, qui profitetur errorem hæreticorum fidei contrarium: talis enim professio à voluntate firma solet procedere resquæ non est mirum, si inter manifestos hæreticos computentur, & pertinaces etiam censeantur, qui hæreticales profitentur errores.

Hæretici manifesti qui, & quot modis dicantur.

Tertio, vocatur hæreticus manifestus, qui vel suum proprium, vel aliorum hæreticorum defendit, sine tuctur errorem: immo vero qui aliorum defen-

dicuntur dicitur supra super q. 2. huius 2. partis, nisi de A. canus illos omnes ad hos tres posse reduci.

Loquendo vero de secundo, quæ scilicet est illa pertinaciã in voluntate. Pertinaciã requiritur in voluntate, vt quis. ver. et proprie hæreticus dicatur, cõis est Theologorum, & Iurisperitorum sententia, vt probant ser. omnes, quos citat in initio huius commentarij, et colligitur non obscure ex verbis B. Thomæ in sim. par. 1. q. 2. art. 4. ubi: Hoc circa hæc opinari falsum, hoc ipso inducit hæresim: maxime si pertinaciã adiungatur. idem scribit ibidem Bartholomæus Torres Episcopus Canariensis. Et iterum dicitur Thomas, 2. 2. q. 1. art. 2. ad tertium argumentum. Simancas de catho. institut. tit. 48. nu. 1. Alfonso Castrius, lib. 1. cap. 9. de iusta hæret. punitio. Locatus in opere iudiciali verbo hæreticus. num. 18. & copiose Albertinus tractat. de agnos. asser. quasi. 29. et alij, quos in re facili omitto libenter.

Est autem pertinaciã finitima perseverantiã: quia vtique in rebus cõpitis persistit: sed perseverantiã occupatur in bono, pertinaciã vero in malo. ita Alfonso, & Simancas præcitatæ locis.

Pertinax vero est, qui id temere pertendit, quod debet dimittere, ut indicat Melchior Canus, lib. 1. c. 9. de locis theologis, vers. at quid pertinaciã sit. vel pertinax est, qui persistit in errore, quod sub reatu mortalis culpæ deserere iocetur. Ita Alfonso, lib. 1. c. 9. in principio, de iusta hæreticorum punitio. quæ vero ad hunc locum attinet de pertinaciã, & pertinaciã in causa hæresis, copiose, subtiliter, et elegantè more suo explicat Melchior Canus loco proxime citato.

Quod aliquis dicitur habere pertinaciã in voluntate duobus modis. Hi duo modi hoc loco ab Emerico relati generales sunt, sub quibus forte multi alij possunt contineri, quibus pertinaciã male creditur non obscure detegitur: neque his solum modis, quis dicitur pertinax: nõ Gerfon par. 1. operum suorum tractat. quodã de pertinaciã alios nunciat. & gloss. in extranaganti Joann. xxij. incipiente. Cum inter nonnullos, de verb. signif. verbos pertinaciter, il primo, septem recenset, & Turcremat. in summa de Eccles. lib. 4. par. 2. c. 16. recenset viginti pertinaciã modos, quos repetit Alfonso Gherardus in thesauro religionis Christianæ, tit. de hæret. nu. 20. cum seq. adde. Albertin. tract. de agnos. asser. q. 3. nu. 13. & seq. & copiosius eod. tract. q. 30. vbi fusc recenset 19. modos conuincendi aliquem de pertinaciã. & multos etiam refert Simancas, de catho. instit. tit. 48. num. 7. & sequentibus.

Cũ vero hic Emeric. dicit duobus modis quempiã habere pertinaciã in voluntate, perinde est, ac si diceret, duobus modis detegi latentem voluntatis pertinaciã, de quibus vide, quæ dixi supra par. 1. super q. 12. ver. si autem negat coram iudice fidei, vbi ostendi veram esse hanc Emerici doctrinam, & monitioni Inquisitorum in causis fidei necessario parendum, cum sufficienter ostendunt aliquid catholicæ fidei repugnare, & hæreticum dogma esse.

uno hæretico sine per...

Quo in...

modis...

oppositum...

dit errorem catholicæ fidei inimicum damnabilior. A  
est eo qui errat, nec hæreticus solū, sed etiam hære-  
siarcha dicendus est, cap. qui aliorum. 24. q. 3.

Zabarella in dicto c. super quibusdam. de verb. si-  
gnif. hos duos modos pro vno, & eodē accipere vi-  
detur, dū notat paria p̄fiteri, vel defendere errorē.

Quarto, is quoq; inter manifestos hæreticos nu-  
meratus est, qui coram p̄latis, seu iudicibus fidei,  
Episcopis videlicet, aut Inquisitoribus iudicialiter  
conuictus est de hæretica prauitate. Conuictus autē  
accipere debemus eum, de cuius hæresi constat per  
legitimam probationem, quæ facit rem manifestā,  
cap. cum olim. de verb. signif.

Quinto, manifestus hæreticus etiam dicitur, qui co-  
ram fidei iudicibus hæresim iudicialiter confitetur,  
ex qua confessione fit manifestum, & notorium tā-  
lem confidentem habuisse errorem in mente cū adhe-  
sione voluntatis. manifestum enim etiam est, quod  
constat in iudicio per confessionem, vt in dicto cap.  
cum olim. de verb. signif.

Sexto, & postremo dicitur aliquis manifestus,  
seu notorius hæreticus, qui per eosdem iudices Ec-  
clesiasticos condemnatus est de hæretica prauita-  
tate: sententia enim iudicis notorium facit, cap. ve-  
stra. & cap. vltim. de cohabit. cleric. & mulier.  
cap. vlt. de temp. ordin. l. emptorem. ff. de action.  
empt. & vend. & notat glos. in dicto cap. cum  
olim. de verborum signification. in verbo, c. on-  
fessionem.

Atque ex his innotescit, qui sint hæretici mani-  
festi. cuius rei notitia multas utilitates parere potest,  
in quibus illa vna est non spernenda, vt cum caue-  
re qui sunt hæretici manifesti.

hæretici expugnentur, intelligatur quid nomine ma-  
nifestorum hæreticorum sit accipiendum.  
b Hæretici vero secreti per oppositum. &c.]  
De hæretici secreti alibi dicitur copiosius, quo-  
rum tractatio non potest breuiter absolui, vt perse-  
cte intelligatur.

### Q V A E S T I O XXXIIII.

#### De Hæreticis affirmatiuis, & negatiuis.

##### S Y M M A R I V M.

- 1 Hæretici affirmatiui, qui censeantur.
- 2 Et qui negatiui.
- 3 Hæretici negatiui, vt impunitentes condem-  
nandi sunt.

**T**Ricesimaquarta quæstio est: Hæretici  
negatiui, & affirmatiui, qui dicendi  
sunt?

2 Ad hanc respondemus, quod hære-  
tici affirmatiui dicti sunt, qui habent eorū, quæ  
sunt fidei, errorem in mente: & verbo, b vel fa-  
cto ostendunt, se modis prædictis habere perti-  
nanciam in voluntate.

1 Negatiui vero hæretici dicti sunt, qui corā  
iudice fidei per testes legitimos de aliqua hæresi

vel errore, quos nolunt, vel non possunt repelle-  
re, vt siue iuste conuicti sunt: sed non confessi,  
immo in negatiua constanter & perseveranter ver-  
bo fidem catholicam profitentur, & detestantur  
etiam verbo hæreticam prauitatem.

3 Hi enim a quadiu in huiusmodi negatione  
perstunt, licet alias conuersationem bonā præ-  
tendat, hæret. absque dubio sunt censendi: Eui-  
denter namq; impunitentes est, qui peccatum, de  
quo conuincitur, diffinitur. Et hæc est sententia  
Hostiens. in summa, titulo de hæret. §. qua-  
liter deprehendatur quis in hæresi. vbi dicitur sic

B Aduerte tamen sane intelligendo, quia quo-  
catus, aut confitetur errorem suum, aut ne-  
gar, si confitetur, & infra. Si autem negaue-  
rit, et conuictus fuerit: condemnari debet  
per ecclesiasticum iudicem, ad quem illud  
pertinet, vt dicitur eod. tit. Ad abolendā,  
respon. 1. et §. 1. et notauit infra eod. tit. §.  
qualiter deuiteretur, & hoc præsentibus po-  
testatibus sæcularibus, vel eorum balliuis,  
vt animaduersione debita puniatur. ut eo.  
C tit. Excommunicamus itaque. responso. 1.]

##### COMMENT. LIX.

a **A**D hanc respondemus, quod hæretici a fide  
matui dicti sunt, &c. Idem per omnia an-  
Et or Repert. Inquisit. verbo, hæreticus. §. hæreti-  
cus affirmatiuus. & Campeg. apud Zachinū tract.  
de hæret. c. 12. & Umbertus Locatus in opere iudi-  
ciali verbo heret. nu. 24. vers. horum etiam heret.  
& alij. Est autem optima descriptio hæretici affir-  
matui, & in his iudicandis Inquisitores, aut nullo-  
lam, aut per exiguam habent difficultatem, cum eo-  
rum delicta statim se sensibus insinuant.

b Et verbo, vel facto ostendunt se modis præ-  
dictis habere pertinaciam in voluntate. Multi  
sunt notanda hæc verba: & verbo, vel facto, quib.  
non obscure videtur indicare Eymericus affirmati-  
uos hæreticos dici posse, non modo ex verbis, verū  
etiam ex factis, quasi facta interiorum animi cre-  
dulitatem, et intentionem præferant. l. 1. §. dicitur  
Adrianus. ff. ad leg. Cornelianam. de sicar.

Grauiissima autē est, & valde anceps hæc quæstio:  
An is puniendus, ut heret. qui facta hæreticalia con-  
mittit, quæ tractat Albertinus tract. de agnos. as-  
sert. q. 2. nu. 17. & q. 3. nu. 53. & q. 36. nu. 18.  
& latissime Ioan. Roias tract. de heret. par. 1. nu.  
276. & multis sequentibus.

E Ac primum quidem plurimum refert intellige-  
re, an quis sponte, vel coacte facta hæreticalia com-  
miserit. Si per coactionem, & metum fecit, quid sit  
sentendum copiose docuit supra part. 1. Super q. 9.  
quod non est hic iterum inutiliter repetendum.

Si vero sponte quæ facta hæret. committat, vt intelli-  
gatur, quando in eū velut in hæret. sit procedendum, facta  
distingueda sūt. Quædam n. sūt facta ex quib. uolē-  
te oriuntur suspensiones, ut cū quis de hæresi infamatus  
aut suspectus tempore mortis petit consolationē ab hæ-  
reticis iuxta consuetudinē eorū, & similia de quib.  
diximus supra part. 2. tit. de signis, quibus diuer-  
sarium